



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Peccati mala sunt quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTIO. 185

De tertio, & comprehendam. Tunc comprehendit, dum post uoluntatem ad peccatum operis perducit. De quarto diuidam spolia. Tunc diuidit spolia, dum homo de peccato se defendit. De quinto, implebitur anima mea. Tunc anima eius impletur, dum de peccato gloriatur. De Sexto, euaginato gladium meum. Tunc gladium euaginat, dum peccatorem ad contemptum, & consuetudinem perducit. De septimo, & interficiet eos manus mea. Tunc demum interficit, quando de uenia desperatur. Et tunc miser homo in aquis uehementibus quasi plumbum submergitur, & claudit super eum puteus os suum, quia claudit ipse os proprium, dum peccatum non cōfitemur. Pater Augustinus. Peccatum est appetere quod Christus contempsit, & fugere quę sustinuit.

August.

Peccati mala sunt quinque.

Primum malum est, quia excæcat. Sapi. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Et Ioannes in sua Epistola canonica. Omnis qui peccat, non uidet deum, nec cognouit eum. Secundum est, quia cor pecca-

Sap. 2.
Io. 3.

Q 5

Iob. 41. toris indurat. Iob. 41. Indurabitur
Tren. 1. cor eius quasi lapis, &c. Tren. 1. sub
 uersum est cor meum in me meipsum
 &c. Tertium, quia facit hominem
Io. 8. lium diaboli. Io. Vos ex patre diabo-
Io. 3. lo estis, &c. Et Io. in sua canonica
 ait. Qui facit peccatum, ex diabolo
 est. Quartum est, quia auferit uitam
Prou. 2. æternam. Prou. Impij de terra pe-
 dentur, & qui iniqui agunt, auferen-
 tur ab ea. Quintum est, quia homini
Iob. 40. dat in escam diaboli. Vnde Iob lo-
 quens de Behemoth ait. Fœnum quod
Isa. 40. bos comedit. Hominem esse fœnum
 nullus ignorat, cum propheta dicat.
 Omnis caro fœnum, &c. Dixit etiam
 Dominus serpenti. Terram comedis
Gen. 3. cunctis diebus uitæ tuæ. Hominem
 terram esse unicui patet, cum domi-
Gen. 3. nus ex ore proprio dixerit. Memer-
 to homo quia terra es, & in ter-
 ram ibis.

*Peccatum comparatur lapidi
 propter quatuor.*

Hier. 6. **P**rimo, quia lapidis frigidus est.
 Sic peccatum reddit hominem
 frigidum, iuxta illud. Sicut frigi-
 dam facit cisterna aquam suam,
 frigidam facit malitiam suam.